Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ahiel

cata es lupanar tuum in capite
omnis uie. et exceldum tuum feisti
in omni platea. nec facta es quasi
meretrix fastidio habens pretium
Sed quasi mulier adultera que sub
uirum suum inducit alienos. omni
bus meretricibus dantur mercedes
tu autem dedisti mercedes cunctis ama
toribus tuis. et donabas eis ut in
trarent ad te undique ad fornicandum
tecum. factumque inde est contra con
suetudinem mulierum in forni
cationibus tuis. et post te non erit forni
cacio. In eo enim quod dedisti merce
des amatoribus tuis. et non accepisti
mercedes. factum inde est contrarium
Propterea meretrix audi uerbum
domini. Hec dicit dominus deus qui
effusum est es tunum. et reuelata e
ignominia tua in fornicacionibus tuis
super amatores tuos. et super ydola ab
hominacionum tuarum in sanguine
filiorum tuorum quos dedisti eis.
Ecce ego congregabo omnes ama
tores tuos quibus conuenta es. et om
nes quos dilexisti cum uniuersis quos
odisti. Et congregabo eos super te un
dique. et nudabo ignominia tuam
coram eis. et uidebunt omne turpitu
dinem tuam. et iudicabo te iudicius
adulterarium. et effundentium san
guinem. Et dabo te in sanguinem
furoris. et zeli. et dabo te in manus
eorum. et destruent lupanar tuum
et demolientur pro stibulum tuum
deuudabunt te uestimentis tuis
et auferent uasa decoris tui. et de
linquent te nudam. et plenam ig
nominia. et adducent super te mul
titudinem. et lapidabunt te lapidi
bus. et trucidabunt te gladiis suis
et comburent domos tuas igni. et fa
cient inde iudicia in oculis mulie
rum plurimarum. et desines fornicari
et mercedes inde non dabis ultra. Et
requiescet indignatio mea in te. et
auferetur zelus meus ad te. et qui
escam. nec irascar amplius. eo quod
non fueris recordata dierum adole
scentie tue. et provocasti me in omni
bus his. Quia propter et ego uias
tuas in capite tuo dedi ait dominus
deus. et non fecisti iuxta scelera tua in
omnibus his abhominacionibus tuis
Ecce omnis qui dicit uulgo pro
uerbum inde assumet illud dicens
Sicut mater ita. et filia eius filia
matris tue es tu. que proiecit u
rum suum. et filios eius. Et soro
rem tuarum es tu. que proiec
erunt uiros suos. et filios suos
o pater uestra cethea. et pater uu
amoreus. et soror tua maior sama
ria ipsa. et filie eius que habitant ad
sinistram tuam. Soror autem tua mi
nor te que habitat a dexteris tuis sodo
ma. et filia eius. sed numquid eius am
bulasti neque secundum scelera ea
rum fecisti. Quasi illum minus sce
leratiora fecisti illis in omnibus uiis
tuis. Vnde ego dicit dominus deus
quia non fecit sodoma soror tua ipsa
et filie eius sicut fecisti tu. et filie tue
Ecce hec fuit iniquitas sodome
sororis tue. superbia satietas panis
et habundancia. et otium ipsius. et filiarum

86

ezechiel